

Uti gratia etiam gratia alteri utilitatis. ut inuenit a filius potentibus parentes impotentes in senio effecti. et ut qui parentes potentes existentes fecerit filius impotentibus: recipiant a potentibus senio effecti.

Natura fecit unum animalium coniugaliu forte. scilicet masculinum: ut uisceratur pro fortitudine sibi illata. aliud uero fragile. scilicet feminam: ut magis se custodiat pro timore.

Vir non debet iniuriari femine. ne femina iniurietur sibi.

Iniuriari femine est coire cum extranea muliere et conuerso.

Oporet uirum puellam ducere in uxorem: ut doceat eam bonos mores.

Dissimilitudines morum inter uirum et feminam nequaquam sunt amande.

Due sunt species seruorum. curatorum et operatorum.

Oporet seruis dari opera et victum sufficientes quod sine mercede impossibile est dominari.

Nemo aliena et propria simul curat.

Quidam interrogatus. quid magis ipingnat equum. respondit oculi domini. Alius uero interrogatus quale stercurus optimum. respondit uestigia domini.

Impossibile est negligentibus dominis: seruos solictos esse.

Nunquam oportet domum esse sine custode sicut nec ciuitatem.

Surgere de nocte ad sanitatem et philosophiam: et ad bonam dispositionem est utile.

Nec questus uelut uentorum dominus forma nec auri multitudo tanta est ad uirtutem quanta est modestia in opere quolibet. et desiderium honeste atque compote uel compositae uite.

Quanto quis diligentius obsequit: tanto maiorem gratiam obtinebit.

Nisi parentes necessaria uite filiis dederint excusabilem adinuicem poterunt habere causam.

Maximus honor est sobrie mulieri: si uidet uirum sibi castitate seruare. et de nulla alia muliere curare. sed pro omnibus propriam fidem estimare.

Si mulier cognouerit sibi instum et fidelem uirum. et ipsa etiam iusta et fidelis erit.

Multo grauius fert aliquis: si honore suo priuetur. quam si bona sua auferantur.

Nec debet homo sanemctis ubique et ad quamcumque mulierem mittere semen suum.

Aristotelis auctoritates libri primi politicorum.

Homines ratione et intellectu vigentes naturaliter domini sunt et rectores aliorum.

Natura non facit unum instrumentum: nisi ad unum opus.

homo naturaliter est animal politicum et civile.

Natura nihil facit frustra.

Nulli aliorum animalium sermo habet nisi homo.

Homini natura sermonem dedit.

pars separata a toto uel a composito non remanet nisi equiuoce.

homo solitarius aut deus aut bestia: aut nullo indiget aut nulli conuenit.

Sicut optimum animalium est homo lege fruens: sic pessimum animalium est homo a lege et iusticia separatus.

Scitissima iusticia est habens arma.

Sine necessarijs impossibile est uiuere.

Seruus naturaliter non est superior hominis sed alterius.

Opus quod fit a melioribus semper melius est.

Animal consistit ex corpore et anima inter que anima est regens naturaliter: corpus uero rectum.

Anima naturaliter dominatur corpori: sicut dominus seruo.

Utile est corpus regi ab anima.

Utile est omnibus alijs animalibus regi ab homine.

Regens naturaliter dignius est recto.

Masculinum dignius est naturaliter feminino.

Virtus et malicia: determinant seruos et liberos: nobiles et ignobiles.

Homines dignum reputant ex bonis fieri bonum: sicut ex homine hominem.

Dupliciter dicitur seruus: uno modo secundum naturam: alio modo secundum legem positam.

Non est possibile uiuere sine cibo.

plurimum genus hominum ex terra fructibus domesticis uiuit.

Natura fecit omnia animalia preter hominem.

Duplices sunt diuitie. scilicet naturales et artificiales: naturales possessiones pecunie: artificiales uero possessiones pecunie.

Desiderium diuitiarum uadit in infinitum.

facile est ditari philosophis: si uolunt.

Magis et minus diuersificant speciem.

Consilium mulieris est inualidum: pueri autem imperfectum.

Silentium mulieris prestat ornamentum.

Secundi politicorum.

**Q**uæ sunt socij vnius ciuitatis.  
 Quod plurimozū est cōmune: mini-  
 me curam solitur: quia de proprijs  
 maxime curant homines: de cōmūibus  
 autem minus vel minime.

**M**ulti serui quādoq; deterius seruiūt paucis

**O**pus ē ciuitatis: vt vna sit sū amicitiam.

**A**mīcorū cōmūia sunt omnia.

**P**utare aliquid proprium esse incurabile: est  
 ad delectationem.

**O**mnisq; maxime z naturaliter amat seipsū.

**A**mīcis auxiliari vlt delectari delectabilissimū ē

**B**onum opus est ab aliena muliere abstinere: propter temperantiam.

**P**ecunia seditionē efficit z malignitatem.

**P**opulares homines discordant propter in-  
 equalitatem possessionis: generosi autē pro-  
 pter inequalitatem honoris.

**Q**ui delectari velit sine tristitia: ad philoso-  
 phiam recurrat.

**O**mnis ciuitas artificibus indiget.

**L**eges inonestas licet maxime sint in vsu  
 aboleri licet.

**A** mulieribus male regitur ciuitas.

**M**elius est mulieris dotem modicam vlt me-  
 diocrem esse: q̄ magnam.

**M**elius est iudicare sū leges z literas q̄ ex  
 propria sententia vlt sententia.

**M**agnoꝝ dominoꝝ constituta: si viles sue  
 rint multum ledunt ciuitatem.

**I**mpossibile est indigentem bene principari z  
 studio vacare.

**O**num opus optime fit ab vno.

**T**ertij politicoꝝ.

**C**iuitas est quedam multitudo ciuū.

**C**iuitas non est vna propter cosdes  
 muros: sed propter eandem policia

**P**olicia est ordo quidā inha-  
 itantium ciuita-  
 tem in principiando z in subijciendo.

**N**on idem est bonus vir: z bonus ciuis.

**N**on contingit cum bene principari: qui nō  
 sub principe suat.

**P**udentia proprie ē virtus principis.

**O**ptima ciuitas non fert bananum. i. vilem  
 artificem esse ciuem: vlt principem.

**Q**uicūq; sunt vni necessitat: ministrantes di-  
 cuntur serui: qui autem pluribus: cōmuni-  
 ter dicuntur mercenarij z bananū.

**Q**uicūq; pollice intēdūt vilitatē cōmūē: re-

cte sūt iusti: quūq; aut intēdūt vilitatē ppriā  
 vitiosi sūt: z rectay policiaꝝ trasgressores.

**O**portet bonā ciuitatē de virtute esse sollicitā.

**D**itiosoz meli⁹ est pncipari q̄ multos alios

**S**ine iusticia impossibile ē habitari ciuitatem

**M**elior ē ciuitatē regi viro optimo q̄ lege optia

**I**ngenuitas est virtus generis.

**T**urba multa melius iudicat: q̄ vnus trū.

**P**ars nō est apta nata excellere suum totum.

**Q**uarti politicoꝝ.

**N**on solum oportet policia a principio in-  
 stituere: s; etiā ipsa oportet corrigere

**C**iuitas nō cōstat ex vna parte: sed ex  
 multis: quaz vna pars sūt agricolæ: secūda  
 artifices manuales: tertiā q̄ negociantur  
 circa forū: quarta mercenarij: quinta propu-  
 gnatores z armigeri quos in ciuitate neces-  
 sariū ē existere: si nō debeāt inimicis hūire.

**Q**ui alteri seruit non ē per se sufficiens.

**S**ine principibus impossibile ē esse ciuitatem.

**L**itteris vacare: non existentibus prouentib⁹  
 est impossibile.

**I**ngenuitas siue nobilitas ē virtus z diuitie  
 antique.

**I**n oī ciuitate sunt tres species hominū. i. diui-  
 tes paupes z medicantes: inter quas opti-  
 mi sunt mediocres: qz mediū sp̄ est optimū.

**M**edia bonoz possessio exteriorū est optima  
 quia facillimū est rationi obedire.

**N**ō nimis est pulchrū: nimis forte nimis inge-  
 nuū: nimis diues: aut cōtrariū his. i. nimis  
 sedū: nimis debile: nimis ignobile: nimis  
 egenū: z pl⁹ q̄ nequā: difficilē rē sequitur:  
 quia quidam eozū sunt iniuriōse: quidam  
 vero astuti z experti z valde nequā.

**Q**ui nimis potentes sunt z diuites: nec subij-  
 ciuntur nec volunt subijci.

**Q**ui nimis viles sūt z egeni: neciūt pncipari

**M**ediocres ciues magis saluant in ciuitate: qz  
 ipsi nō desiderāt aliena sicut pauperes. nec  
 alij pauperes existentes bonū substantiā de-  
 siderant. et ideo nec iustias panunt: nec frau-  
 de faciunt. quā propter sine periculo viuūt.

**M**aximum eufortunium est ciues mediocrez  
 substantiā habere tāq̄ sufficientem eis. qz p-  
 tales bene regitur ciuitas.

**Q**uāto magis aliq; d; accedit ad mediū: tāto me-  
 lius. quanto magis distat a medio: tanto pe-  
 ius est.